fragmentarium

egit. s(ed) humilis p(ro)uanis fit. h(ic) in loco eclypsis est. i. defectus dictionis. i(d est) q(uo)
necessaria u(er)ba desu(n)t. Desunt enim. eis. (et) erat. sic (est) illud in genesi. sc(ilicet) in
g(e)n(e)ros. Sem fili(us) centu(m) annor(um). Deest erat cu(m) genuit arfaxat. loquut(us) (est) au(tem)
samuel ad pop(u)l(u)m legem regni. hebrei iudiciu(m) regni. Et reposuit coram
d(omi)no. i. cora(m) arca d(omi)ni. Et misit d(omi)n(u)s gerobaal et bedan. Gerobaal ipse
(est) gedeon. (et) bedan ipse (est) samson. Si timueritis d(omi)n(u)m (et) n(on) exasperaueritis os d(omi)ni. Os
d(omi)ni. i. os p(ro)ph(et)aru(m) q(ui)a ex ore d(omi)ni loquebant(ur). Quod cu(m) audissent philistym.
sub(ito) conturbati sunt. Saul cecinit buccina. h(ec) buccina signu(m) uictorie et
exortationis fuit. ut audirent (et) nossent hebrei co(n)turbatos (et) superatos ee philis-
teos. P(er)cussit saul stationem philistinor(um). his reb(us) co(m)pertis confortat(us) (est) isr(ae)l. Et erexit
se isr(ae)l (uel adiecit) contra philisteos. i. tumultu(m) cepit age(re) contra philisteos. Quod cu(m) uide-
rent filii isr(ae)l se arto positos. absconderu(n)t se i(n) speluncis (et) i(n) abditis in
petris q(u)oq(ue) (et) i(n) antris (et) in cisternis. hebrei au(tem) transieru(n)t iordanem (ter)ram gat et
galaat. Si se absconditi isr(ae)l in p(re)fatis locis. q(uo)d (est) q(uo)d ait hebrei au(tem) transieru(n)t ior-
danem. abscissis enim quibusda(m) isr(ae)litis qui saul (et) pop(u)l(u)m q(ui) cu(m) eo erant reliquerant
q(ua)dda(m) pars illor(um) q(ui) hic hebrei uocantur timore p(er)territi defecerunt a saul.
(et) a uiris qui cu(m) eo erant (et) descenderunt i(n) castris philistim. Que locu(m) adin-
telligendu(m) manifestius sequentia demonstrant. in eo loco ubi ait. S(ed) (et) he-
brei q(ui) fuerant cu(m) philistim ab heri (et) nudiustercius. reuersi sunt ut essent cu(m) isr(ae)l.
q(ui) erant cu(m) saul. Omnisq(ue) isr(ae)lite qui se absconderant i(n) monte effraim. audi-
entes q(uo)d fugissent philistim sociauerunt se cu(m) suis i(n) p(ro)elio. Et descendes ante
me i(n) galgala. ego q(ui)ppe descenda(m) ad te ut offeras oblatione(m). (et) immoles uic-
timas pacificas. Septem dieb(us) expectabis donec ueniam ad te (et) ostenda(m) t(ibi)
q(ui)d facias. Videt(ur) quibusdam inculpabilit(er) saul obtulisse holocaustu(m) cum
samuel ab eo expectat(us) iuxta placitu(m) septe(m) dieru(m) n(on) uenit. Q(uo)d q(ui) hunc locu(m)
b(e)n(e) distinxerit inueniet eu(m) n(on) i(m)merito culpatu(m) fuisse (et) i(n)obedientia redar-
Loc(us) au(tem) gutu(m). hic apud hebreos ita distinguit(ur). Et descendes ante me i(n) galgala.
ego q(ui)ppe descenda(m) ad te. (et) p(ost)ea i(n)fert. ad offerendas oblationes. et

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.15, 8r – Glossae in Vetus Testamentum; Hieronymus, Quaestiones Hebraicae in librum I Regum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-w0bv/5295/50278)